V. Ernu. Undissimus Antonius

Card. Cur. et Judex etc sedens etc Responsis premul-
binatis unā ex parte Documentis Authenticis, alterā
nudis verbis, cum de rebus Ill. Kniazewicz Actoris
propriis luculenter comprobent Regestra ab Ab-
scessu Illius de Motty per Visitatorem confecta et
per Comissarium postea verificata, eas relictas fuisse
et Administrationi Ill. Josephi Malinowski Curati
Telv. Decani Rozanensis comissas, ab eodemque tum
Rndo Mocyulewski Vicario instituto traditas aut
debuisse traditas esse, prout et Rdo Wolmer Sch.
Piar. Rectori Lidensi Commendario Offo sub iisdem
commendandas fuisse; Eum propterea praedictis
Administratorem stringi ad respondendum pro omni-
bus, et cum notum jam sit ex Rgtis Vilnae et Grod
nam rerum juxta anterius Decretum transpor-
tatarum quae vel deperditae sint vel sint deterio
ratae, Eundem Administratorem stringi et deper
ditas pretio justo persolvere et deterioratas
juxta justam aestimationem resarcire. Quod
autem attinet Rndi Mocyulewski Vicarium protunc
Mottensem, quoniam testimoniis Civitatensium cla
rum sit ab Eod. Ill. Kniazewicz pro rebus suis re
petendis Anno 1785 Mense Aprili advenientem in

...vento Celi. L. Cr. meis ad id munitū
adinispud fuisse, imò nō modò violenter e Domo
Plebanali ejectū, sed et veste pellibus vervinis
subructa constante quindecim Aur: Hung. nuda
tū, videq coactū in Judicia se denunciatione
plus quam centū quinquaginta Aureos Hungar.
expendere, proinde incurrisse pdictū Dicaniū
pœnā provìolentia 12 septimanarū Spiritua
liū Exercitiorū proprio sumptu in Domo Montis
Salvatoris Vilnæ peragendorū, et justitiā re
fusionis tam pro veste pfata 15 ✝ quam pro
expensis 150 Aureorū Hungaricaliū. Quod verò
attinet Aloysiū Wolmer Sch. p. Rectorū Lideris.
Commendariū Affrū Mateus. Cum Ipse propriis
litteris fateatr res aliquas in Prædiò et Domo
Plebanali retentas esse, eas ab Eodem deberi
justo pretiò resarciri stringi tum directè
de reliquis Cathegoriis respectu Beneficii quò
ad Ejus meliorationem, resignationem, Annū
gratiæ finaliter respondere. Quapropter ut
omnes Citati in spatiò 12 dierū ab Intimatio
ne Præntis personaliter ad Satisfactionem
decisā compareant in jurgi sub pœna

Excommunicationis statim ex termino promul
ganda nullo alio subterfugio admiſſo, statui
Cæteraqꝫ etc.

Decreti in Causa JcA KDni Knia-
zewicz Copia